*Queîs retinens, vocat ad tribunal*
*Turmas natántum, & ſquamigeros greges*
*Temone jungit, quò vehatur*
*Æolios domitare motus:*
*Quantique piſces Syrmate circinent*
LACVS *profundum, culmina montium*
*Prœalta quæ turmæ ferarum*
*Inſideant, volucreſque pictæ*
*Hæc ſi videndi lancinat impetus,*
*Vno videndi cuncta ſimul loco*
*Liber Cyſati dans Theatrum*
*Cuncta ſimul dat in hoc Theatro*
*Hæc qui elaborat Mentora dixero?*
*Pictorem Apellem? vel Phidiam nouum?*
*Sunt parua!* RENVVARDVS *reuixit*
IPSE, *Decus generis Paterni.*

Filialis amoris & debitæ obſervantiæ ergo applauſit
*Franciſcus Cornelius Meier.*

---

CVr *narras Duces generoſos, flumina, piſces,*
*Sanctos, & doctos, prælia, monſtra, pecus,*
*Et ſitus, effigiemque lacus. Tibi nempe* LVCERNAE
NE *perDas oleVM, aſt haC, pater, arsIt aqVa.*

Filialis amoris ergo accinuit
Iodocus Carolus Emanuel Cyſat.